

PECOCHII

TRACTATUS

DE

AQVAEDUCTV:

FRANCISCI MARIAE  
**PECCHII**

I. V. D.

ARCHIDIACONI  
ECCLESIAE CATHEDRALIS PAPIAE,  
ET IN CELEBERRIMA TICINENSIS VNIVERSITATE  
*Sacrorum Canonum Ordinarij Interpretis*

TRACTATUS  
DE AQUA DVCTV

Quomodo constituatur.  
Ex quibus Aquis.  
Quot modis.  
Quis possit constituere?

De praescriptione decennali, vicen-  
nali, & immemorabili.  
De Possessorio, & Petitorio in  
materia Aquarum.

*OPVS CVRIOSVM, ET VALDE EXOPTATVM.*

Omnibus Iurisprudentiae Professoribus in foro versantibus ad quotidianas  
Aquarum controversias iuste dirimendas utile, ac necessarium.

*Cum Triplici Indice Argumentorum, Legum interpretatarum,  
ac Rerum copiosissimo.*

SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS  
EXCELLENTISSIMI SENATVS  
MEDIOLANENSIS  
IVSTITIAE FONTIS PVRISSIMI.

*Nunc primum in lucem editus.*



TICINI REGII,

Ex Officina IO. ANDREAE MAGRII Impress. Ciuit. in Via Noua.  
DE CONSENSV SUPERIORVM.





AD EXCELLENTISSIMUM  
SENATVM  
PROVINCIAE MEDIOLANENSIS,  
ET ILLVSTRISSIMOS D. D.  
D. COMITEM  
BARTHOLOMÆVM ARESIVM  
REGENTEM, ET PRÆSIDEM.  
SENATORES.

- D. MARCH. HIERONYMVM de TALENTIS de FLORENTI.
- D. DON ALOYSIVM FRANCO CARILLO.
- D. IOANNEM BAPTISTAM de PVTEO.
- D. IOSEPHVM de LOAYSA.
- D. ANTONIVM MARIAM ERBAM.
- D. DON SEBASTIANVM LERVELAM CAXAM.
- D. COM. IO. BAPTISTAM SICCVM BORELLAM.
- D. IOANNEM PETRVM STAMPAM.
- D. CAROLVM de CLERICIS.
- D. PETRVM GEORGIVM BVRRVM.
- D. MARCH. IOSEPHVM ARCONATVM.
- D. DANESIVM CASATVM.
- D. IACOBVM MENOCHIVM.
- D. MARCH. IOANNEM CAROLVM VICECOMITEM.



**M** N I A Flumina intrant in  
Mare, & Mare non redundat;  
ad locum, vndè exeunt Flumi-  
na, reuertuntur, vt iterum flu-  
ant. Quàm bellè pro Pecchio  
Ecclesiastico perorat Ecclesiast. cap. prim. Ve-  
neror, AMPLISSIMI PATRES, Ve-

Regio, benignoq; oculo dignetur. **M. V.** illum  
interea, ut à Criticorum Vedtigalibus reddatur  
immunis, & **M. V.** tanquam **MARE** in expu-  
gnabile mihi sit. Non de futuris interim spero  
meos labores, quos in secundo, & tertio vo-  
lumine prameditor. Mihi fauet Ecclesiast.  
oraculum, ut aqueductus iterum fluat. Faxit  
D. O. M. mea vota secundet, & propitiante  
divinæ bonitatis spiritu, qui per aquas ferri non  
dedignatur, inceptis assistat, & patrocinetur,  
Claudo riuulum meum, & **M. V.** expressam  
in **MARE** annorum æternitatem ex corde  
inauguro.


**M. V.**

Humillimus Servus

FRANCISCUS MARIA PECCHIUS

Papæ die Libertatis 1670. exhibet. **M. V.**





D E

A Q V A E D V C T V  
CAPVT PRIMVM

Quid sit seruitus Aquæductus.

SVMMARIVM.

- 1 Quid sit seruitus aquæductus.
- 2 Publica, non urbana.
- 3 Consistit in iure, non in facto.
- 4 Seruitutes sunt incorporales.
- 5 Aqua pluribus formis duci potest.
- 6 Riuis est locus per longitudinem depressus.
- 7 Seruitus aquæductus constituitur nemum aqua iam inuenta, sed & inuenienda.
- 8 Seruitus sine fundo nequit constitui.
- 9 Res mea mihi non seruit.
- 10 Aquam non potest duci per fundum alienum, nisi seruitute constituta, pacto, vel ultima voluntate, aut longi temporis vsucapione.
- 11 Seruitus aquæductus est realis.
- 12 Iura realia accedunt rei sine aliqua expressione.
- 13 Emptor emens prædium, cui debetur aquæductus, tenetur emisse, etiam cum fistulis, sine aliqua expressione.



Quertendum est in hoc Tractatu non agi de aquæductu publico, de quo in Vrbe Romana frequens est vsus, & de quo loquitur tot. no. C. de aquæductu lib. 11. ubi dicitur

- 1 Lucas de Penni, sed de aquæductu priuato, qui describitur in l. pr. §. Aquæductus ff. de seruit. rusticor. prædior. & est ius aquæducendæ per fundum alienum. Ex quo colligitur esse seruitutem rusticam, non urbanam §. pr. inst. tit. de seruitus. Dicitur, ius, quia non in facto, sed in iure consistit: omnes enim seruitutes sunt incorporales §. eodem numero. Inst. tit. de rebus corporal. & incorporal. siue etiam dicitur, ius aquam, ducendi, aut fistulis, id est Canalibus, qui
- Præloj de aquæduct. Lib. 1.*

Fistula dicuntur, eo quod aquas emittant: L. si Fistula 17. ff. de seruit. rusticor. prædior. Isidor. lib. 6. Etymol. cap. 10. Aut riuo. L. refectionis gratia 2. §. fin. ff. commun. prædior. Riuis enim est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrit. L. p. §. p. ff. de riuo, Aut etiam per lapidē stratum, & pluribus alijs formis, quas tradit Cepol. de seruit. aq. aquæ. cap. 4. in prin.

Dicitur aquæ ducendæ, non tantum inuenta, sed & inueniendæ. L. labes 10. ff. de seruit. rust. prædior. veluti si quis stipuletur sibi licere in fundo alieno fodere, ut aqua inueniat, & inuentam ducat, & vulgo dicuntur Fontalia, quorum in hoc Mediolani Dominio frequens est vsus.

Dicitur per fundum alienum duplici modo. Primò, quia sine fundo seruitus non potest constitui. L. pr. ff. commun. prædior. Secundò, quia per fundum proprium non potest constitui, quia res mea mihi non seruit. L. in re commun. 25. ff. de seruit. urban. prædior. Per fundum autem alienum, non potest duci nisi seruitute constituta, vel pacto, vel ultima voluntate, vel per longi temporis vsucapionem, sciencie, & aduersario patiente. L. 2. l. ff. de seruit. & aqua. Ex quibus etiam colligitur seruitutem aquæductus esse realem, quia à re rei debetur. L. pr. ff. de seruit. quod etiam ratione probatur, nam iura realia accedunt rei sine aliqua expressione. L. aquæductus 47. ff. de contrahend. empt. Bart. ibidem; hinc si aquæductus debeatur prædio, ius aquæductus transit in emptorem, etiam si nihil dictum sit; sicut de ipse Fistula, per quas aqua ducitur à aquæductus. Quibus sic præuentibus accedamus ad questiones, quæ circa hoc capit versantur, & in primis se offert illa.


SECUNDA FIGURA.

12 Pro 6. vncijs Aquæ, quæ vtuntur Mediolanenses, Papienses, & Laudenses in Rugijs regularibus, regulares Rugia dicuntur, quæ mensura ducuntur, irregulares vero sine mensura.

216

Caput Quintum, Questio III. Lib. I.


215





TERTIA FIGVRA.

13 Figura Mediolanensis extrahendi Aquas à Navigio Magno, & ad mensuram pariter brachij Mediolanensis.



210

Caput Quintum, Quæstio III. Lib. I.

219